FRECHULFUS LEXOVIENSIS. HRABANUS MAURUS
Mitte 12. Jh.
Seite 41r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tus ad senectutem senectus transit ad mortem & in cursum uitæ
personis ipsis suis augmentis addit momenta impellit & inde semper
deficit. unde se placere in spatium uitæ credit. fixum & constantem
hic habere non possumus. ubi transitoriæ uitæ. Atque hoc ipsum
nrm uitæ. continde anima transire. Quæ uidelicet lapsui
primo homo ante culpam habere non potuit. quia temporaliter transitibant. sed paulatim deliquid. in quadam se quasi lubrico temporalitatis posuit. & quia cibum comedit uetitum status sui primum inuenit defectum. Et uocauit nomen uxoris suæ eua. quia mater sit
cunctorum uiuentium. Et hoc nomen ada diuino instinctu estimat uxori suæ posuisse. quod aptissime congruit ecclesiæ sancta. in cuius solium unitate quæ catholica uocatur. uitæ cunctis janua paratur. Fecit quoque dominus deus adæ & uxori eius tunicas pelliceas. & induit eos. Et hoc significationis gratia factum est. sed tamen factum. Hanc huiusmodi induitio dominus eos mortalesiam factos fuisse insinuat. Pelles quippe quæ non nisi mortuis pecudibus sub ratione mortis figuram continent. tra cum contra præceptum in imitatione legitima. similitudinem superbia diuinitatis appetit homo. usque ad beluarum mortalitatem decidit. Quidem ipsi sibi fecerunt primi homines de foliis fici quibus pudenda tegerunt. sed deus fecit illis tunicas pelliceas quibus omne corpus illorum induant. quia ipsi primi parentes per uariationem gloriam innocentiæ prendere sibi uelamen excusationis quasi culpam in eidem retransfundere. & ipse eidem illos personam iusti iudicii ablato statu uitæ immutabilis. in anima simul & carne multauit pena mortalitatis. Hanc ait aui euangelica parabola. quia pius pater reuertenti ad se prodigum filio luxurioso inter alia munera cum stolam primam preferri. & cum indui præcepit. mystice insinuans. quia dectum habitum immortalitatis quem in adam in exordio seli perdiderunt. in fine seli sint recepturi in xpo. & quidem amplior gratia. Hanc adam immortalis factus est. ut posset non mori si præceptum seruare. filii autem resurrectionis ita erunt immortales. ut nec mori umquam.

Beda.